


Johann Kleinschmidt

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Kleinschmid,
I.U.D. & P. Studiosos Academiae Cives ab impia & profana Bacchanalium
Festivitate serio dehortatur**

Rostochii: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734612516>

Druck Freier  Zugang



Ru. Progr. 1638

1) Johann Kleinshmid

2) Hinrich Rahne

3) Johann Kleinshmid

4) Hinrich Rahne

5) Hinrich Rahne

6) Johann Hinrich

PROGRAMMA

Quo

Rector Universitatis Rostochiensis

JOHANNES KLEIN-
SCHMID, J. U. D. & P.

Studiosos Academiae Civis
ab impia & profana

BACCHANALIIUM FESTI-
VITATE

serio dehortatur.



Lit. et Typ. NICOLAI KILII, Acad. Typograph.

ANNO M DC XXXVIII



Ppetit jam tempus, quod meditatio-
ni Passionis Dominica, à piis majoribus de-
stinatum est, & cum solenni quadraginta-
dierum jejunio conjunctum. Sed quod
piè, & religiosè ab illis institutum est, hoc
in superstitionem apud posteros, ac impieta-
tem vertisse ac degenerasse videtur. Cum enim, veri jeju-
nij ratio consistat in Abstinentia, non à solis carnibus, sed o-
mnibus, quæ cum saturitate conjuncta sunt ac temulentia,
sola tamen carnes exclusæ sunt, & quæ earum naturam sapi-
piunt: piscibus omnis generis, delicatè coctis, opiparè conditis,
copiosè appositis satis superq; loci relictum est, ita ut vis reple-
tus venter facile spernat istius jejunij diuturnitatem: præ-
sertim, si

Adsit lætitiæ Bacchus dator & bona Cypri
Divapotens,

Cum candidissima Cerere ac toto Cornu Copiæ. De bellariis
quoq; lautissimis, Indicæ, canna medulla conditis, aut confectis,
alijsq; palati blandimentis & ventriculi stabilimentis, cum in
Tridentino Concilio, ut Cardinalis quidam in Hispania dice-
bat nihil definitum sit, vel definitum aly meminerint, consci-
entia non injiciendus est scrupulus, quo minus ad satietatem
ea ingerantur. Ita ergo legi optima & consuetudini Eccle-
siastica fraus fieri solita est à parte religionis. Sed multo
gravius, & violentius est impietatis crimen, quod ab altera
parte committitur. Quæ enim Jejunia esse debebant ac
vniuersalia, ea uno ac verò verbo sunt Bacchanalia, id est,
Comi, Bacchi, Veneris, Plutonis, ac furiarum infernalium,
sacra, initia, mysteria, Ebrietatis, Libidinis, Insaniæ, (Stultitiæ
enim, & fatuitatis parum est,) palam, in conspectu DEI, san-
ctorum Angelorum, Christi patientis, Ecclesiæ, honestatis ac
probita-

probitatis, sine pudore ac metu, ipsis Turcis vix credenda, nul-
lis unquam barbaris, aut paganis ferenda exercitia. *Quide-
nim? Uno forte die, si tamen uno, ad sacras conciones itur,
sex vel etiam septem sequentibus Insania solenniter opera da-
tur. Quae enim insania, vel furoris potius, non exercetur
species? Auspicatur hac mysteria Comus, ad est, conventus
ac symposia socialia, in quibus Ebrietas, ßeas, perulancia, scur-
rilis & contumeliosa studiosorum juniorum tractatio primas
tenet, secundas, rixæ, tumultus, digladiationes, grassationes:
ad quas in publicum prodire non erubescit,*

Luxuria exstinctæ jamdudum prodiga fama,
Delibuta comas, oculis vaga, languida voce,
Perdita deliciis, vitæ cui causa voluptas
Elumbē mollire animū, petulanter amœnas
Haurire illecebras, & fractos solvere sensus,
Pervigilem coenā ruatæ, & pinguibus offis
Conspurare vias, solem nescire cadentem,
Nascentemq; faces claro ostentare diei,
Infanoq; viam sonitu turbare quietam,
Latratu simulare canem, simulare boatu
Cornipetam

& cetera de genere hoc. Succedit Lascivia, cum semiviro
comitatu Baccharum. Ex quibus *Alius in Morionem
effigiatu est, alius in Satyrum, in Rusticum, Turcam, in alium
ex barbaria: & ne quid mollitiei desit, in mulierem non ne-
mo se effeminat, cui injuriam natura fecisse videtur, quod vi-
rum fecerit, imo ne quid blasphemiae desit, illa imago DEI, ad
quam homo conditus nonnunquam (horret animus scribere)
in Cacodæmonem deformatur. De diis fabulantur Poëta,
quod cum Gigantes cælum expugnassent, (Hercules enim ille*

Deorum Africanus nondum natus erat), praeclarus ille hominum pater atq; Deorum Jupiter cum suo grege in Egyptum fugerit, atq; sub arietis forma, se occuluerit, alij felem, canem, lacertum, induere. Talis ille grex est, sacris talibus initiatorum: in quo grege, sub istis formis, quid occultetur, facile est ei divinare, qui signorum exteriorum naturam intelligit. His igitur modis, & aliis pluribus, cum vetera illa pietatis plena exercitia partim superiori seculo depravata sint, partim hoc nostro non parva pravitate, & impietatis incrementa capiant, quid faciemus, qui Christiani non solum titulo, sed revera esse studemus, ac debemus? Ipsi quidem DEO rem integram commendabimus, qui in caelis est, qui quae nos gerimus, quocumq; anni tempore, auditq; & videt, qui ἐκδιὼν ὄμματα habet, ne quis putet ex Epicuri horis ἔπει ὀργαίς, ἔπει χάρειν σὺν ἐχόμενοις, quasi qui

Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ita, Deum faciemus nostrum officium, idq; nunc admonendo fideliter, ne quis quid committat, quod animadversione dignum sit. Deinde, si quis admonitionem petulanter contempserit severe animadvertendo. Igitur monemus unumquemq; nostrae Jurisdictioni subiectum, imo etiam si quis sub titulo & specie externa studiosi latitet, neq; pietatis, neq; modestiae neq; bonarum litterarum studiosus, ut his diebus praecipue, licet semper id faciendum sit, vitet omnem impietatem, turpitudinem, violentiam, injuriam speciem (sunt enim, qui nihil impium, turpe, violentum, injurium putant, nisi quod sua, i. e. corruptissima opinionis modulo merentur ac tale judicant) & potius agant, quod Deus praecipit, quod Christus patiens voce, & exemplo invitavit, quod lex, honestas, recta ratio, horum temporum facies, alia innumera suadent. Praecipit ergo Deus, ut ebrietatem fugiamus, id est, tum ipsam, tum omnia quae ex radice tam turpi ac perniciose surgunt, & nocent. Noachus, cum vino vitatus ac depositus esset, partem sui, quam natura tenuit, incaute

audavit

quidam neglexerat: quid nos, num partem tantum ac non totos quanti sumus, per ebrietatem pietati ac honestati deridendos & contemnendos propinquamus? Deus per Esaiam Prophetam comminatur, belluonibus qui mature hoc sacrum auspicantur, ut interdum probe madidi, vesperam & noctem temulentia, perulantia, ac tumultu transigant, nec meditantur Dei opus, nec vicem Calamitosis illius Josephi dolent. Quid autem comminatur? Captivitatem, famem, sitim, imo ipsius Barabthri incolatum, quae omnia, & alia, nihilo miriora jamjam imminerere videntur, partim experti jam sumus. Quid Christus patiens? O homines quicumque estis

si vestra dolor praecordia tangit

Adspicite immitti trajectum pectora ferro,
Trajectasque manus clavis, fœdataque tabo
Ora, caput colaphis tuber, spinaque coronam
Impressam, tentosque cruenti corporis artus,
Ludibriumque crucis, lethique inamabile telus.

Adspicite, inquam, & ad animum vestrum roccate, in quibus ullius humanitatis, ne dicam Christiana pietatis, aliquis est sensus, & cogitate, an Judaei magis, quam nos Bacchi Thyafoeta Christum in crucem egerimus, ille sudoris cruenti guttas mittebat, nos frustis escalemis, besternum vinum redolentibus solum factamus, ille captus, & loris constrictus, innocens in iudicium rapitur, nos liberi & soluti facinora iudicio, & supplicii digna perperramus, ille tacet pugnis concisus, ludibrio habitus, virgis laceratus, in crucem actus, moritur, nos vias clamore, imo φθογῶν ἰστέ μὴ ὡν καὶ κωὼν ὑλάει μασοι, voce vitulorum & canum latratibus replemus, in minores violenti & contumeliosi, nihil non, quod ipsorum Judaeorum insolentia superet committimus, & vidimus? Qua fronte, quo vultu, qua conscientia in huius conspectu nulli subder fugiendum veniemus? Sed nec recta ratio & honestas unquam probabit, qua adversa

A 3

fronte

fronte cum illis pugnare? Honestū sit, rebe ratisni conveniens,
aut ullo colore excusandum leges contemnere, magistratui mo-
nenti petulanter insultare, Ecclesia & pietati medium digitum
ostendere, facere, que vel Ethnici turpia duxerint. Quid illi
magis detestati sunt, quam Ebrietatem, violentiam, & lasci-
viam ex violentia ortam: neq; enim fœdiorē ei vitulum,
quam insanie voluntaria comminisci, & imponere potuerunt.
Quid habitum virilem, muliebris schemate mutare, & muta-
to in publicum prodire? Sane Ethnicus erat qui aliquando
dixit,

Ἦν ἄν δὴ ἀνὴρ ἢ γυνὴ ἐνδύων ἑσθλῶν,

Ἀπὸν περὶ τῶν καὶ γένησ' ἐξ' ἀρρένων

Muliebrem amictum ut induam non est meum.

Qui vir virili sum satus de germine.

Qui sub schema muliebri comparere noluit, an ille Satyri,
Morionis, Cacodemonis indueret? Et ille Ethnicus in Ludo Spi-
ritus S. eruditus negatur? Nobis ab hoc magistro proponitur
exemplum cæci sedantis ad viam & mendicantis. Coactus ille
est veram cæci, & mendici personam, haud Comicam agere:
nos cacitatem & mendicitatem in mimo exhibemus, si non
corporalem, at spiritualem, quod longè pessimum est? Quid
si nunc quoq; contingat, quod apud nos contigisse, videntur, qui
suis id oculis viderunt. Simulabat studiosorum unus mendic-
cum cacum, alter leprosum, qui mutuas operas in mendicando
tradebant. Peracto mimo, Comicus iste leprosus, paulo post
variolis ita correptus, ut de visu & vita haud comicè peri-
clicitaretur: quod periculum tamen evasit, sed ita, ut facies
ejus aliquot mensibus post variolaris vestigijs, quasi notis
Threicis compunctam, & sanguineis ebulli bacca miniog ru-
bentem circumferre cogeretur: Alterius cæci histrionis pa-
rens, senex quidem, vera tamen cacitate, iidem brevi post
percussus, oculorum usum planè amisit. Eamus ergo, &
Satyrica,

Satyrica, fatua, rustica mullebrī (ne cetera quoq; repetam)
festiuitate similes nos oblectemus, Deum offendamus, Christi
patientis acerbissimum supplicium augeamus, S. angelos con-
tristemus, pietatem, & honestatem ladamus, deniq; nos ipsos
Christianos plus quam barbaras, Ethnica, Turcica petulantias,
turpitudinis ac deformitatis condemnemus. Quantum verò
flagitium esse putabimus, parvulos, quod Christus vetat, offen-
dere, proximos, quod leges etiam civiles prohibent, ledere:
Neq; enim hīc valebit illud Aristippi

καὶ γὰρ ἐν Βακχεύμασι
ὁ νόμος ὁ σαφὴς ἔστιν ἀποφραγήσας
inq; Bacchanalibus

Mens temperata rite, non corrumpitur.

Perinde quasi à fœtore liber sit, qui in culina habitat; qui in
aquam cadit, non madescat. Neq; mos vetustus, & consue-
tudo jam vires nacta quemquā excusabit. Audiamus Aposto-
lum, cuius hac sententia est ad Rom. 12. 2. μὴ συζητᾶτε
τῷ αἰῶνι τῷσδε, ἀλλὰ μεταμορφῶσθε τῇ ἀνακαίνωσιν τῆς
νοῦς εἰς τὸ Ἔ. c. Ne configuremini seculo isti, sed transforme-
mini per renovationem mentis vestrae, ad hoc ut probetis, quae
sit voluntas DEI bona illa, accepta ac perfecta. Qua in
adhortatione verè Apostolica, verè Christiana desino, ac
DEUM precor, ut pœnam Bacchanalitiis istis furoribus,
ceteraq; impietate nostram Academiam domi forisq; gra-
viter adfligente adtractam clementer avertat, vel paternè
mitiget, atq; ita temperet, ut ne juxta illud ἐπίτω φίλῳ σὺν
ἔχθρῳ amicus, & iustus (si quis apud nos etiam superest) cum
hoste, & injusto pereat. Faciamus, quod Apostolus roties in-
culcat, abnegemus impietatem, voluptates illas oculorum, ti-
tillationes carnis, cor fastu inflatum, linguam virulen-
tam, animum amarulextum, deniq; calamos veneno, felle,
convitii mendacii tinctos, deponamus, & abijciamus, mo-
remq;


remq̄ barbarum relinquamus alius, qui neq̄ metu Numinis
ducuntur, neq̄ proximi charitate moventur, neq̄ ulla pietatis
& honestatis lege se teneri opinantur. Quae tamen Opinio
si in animis nostrorum quoq̄ civium, quod non speramus, resi-
deat, monemus eos, & hortamur, ut abijciant eam, ad men-
tem sanior em redeant, memoriam Dominicae passionis pio ac
devoto animo obeant, magnitudinem humani sceleris ea me-
tiantur, ac vitam, non solum hisce diebus, sed toto anno ac
vita, ex verae fidei regula ac natura instituant, atq̄ ita DEO
& magistratui eam probent. Si qui vero hanc nostram ad-
monitionem spreverint, sciant, neq̄ animum nobis defutu-
rum, neq̄ alia media, quibus istam inobedientiam coercea-
mus; idq̄ publice denuntiandum putavimus, ne quis se non
premonitum, conqueri possit. P. P. Rostochij Dominica

ESTO MIHI, qua est 4. Februar:

M DC XXXVIII.



Satyrica, fatua, rustica muliebri (ne
 festiuitate similes nos oblectemus, Deu
 patientis acerbissimum supplicium aug
 ristemus, pietatem, & honestatem la
 Christianos plus quam barbara, Eibni
 turpitudinis ac deformitatis condemne
 flagitium esse putabimus, parvulos, quoe
 dere, proximos, quod leges etiam crea
 Neg, enim hic valebit illud Aristippi
 ὁ υἱὸς δὲ σὺ φέρων ἔδωκεν
 inq; Bacchanali
 Mens temperata ritē, n
 Perinde quasi a fœtore liber sit, qui in
 aquam cadit, non madesiat. Neg, m
 tudo jam vires nacta quemquā excusa
 lum, cuius hac sententia est ad Rom.
 De τῷ ἀνώγει τῆς φωνῆς, ἀλλὰ μετὰ μαρτυρίαν
 υἱὸς εἶς τὸ ἔθνος. Ne configuremini secu
 mini per renovationem mentis vestrae,
 sit voluntas DEI bona illa, accepta a
 adhortatione verè Apostolica, verè
 DEUM precor, ut pœnam Bacchan
 cateraq; impietate nostram Academ
 viter adsligente adtractam clementer
 mitiget, atq; ita temperet, ut ne iuxta i
 ἐχθρῶν amicus, & iustus (si quis apud no
 hoste, & injusto pereat. Faciamus, qu
 culcat, abnegemus impietatem, volupt
 tillationes carnis, cor fastu inflatu
 tam, animum amarulentum, deniq;
 convitiis mendaciis sintos deponamus



repetam)
 s, Christe
 elos con
 nos ipso
 ulantia
 um verò
 at, offen
 ledere;
 bitur.
 t; qui in
 consue
 s Aposto
 quatiē
 unōq; tē
 sforme
 eis, que
 Qua in
 esino, ac
 roribus,
 risq; gra
 paternè
 ἡ σὺ δὲ
 est) cum
 oties in
 rum, ti
 virulen
 no, felle,
 nu, mo
 temq;